Renovatum a. 1932 per Johannem Wyżga (K.D)

Cztery fragmenty (2 na początku i 2 na końcu) wylepiane z wyklejek, które znajdowały się na okładkach.

Et si subtrahi bene est nomen quod reddit su
ppositum verbo ergo est vox signa ad placitum ga
tz diffinitionem nominis per hoc unde nomen est
vox [illegible] pz dicit ad illud respondetur
nomen capitur tripliciter secundum quod [illegible] et magis
[illegible] commune [illegible] est illud quod reddit su
ppositum verbo personali sive accipiatur materialiter
sive [illegible] et sic omnis dictio potest esse nomen
ut sola [illegible] ut quantio ut [illegible] omnia
[illegible] possunt esse nomina [illegible] est [illegible]
[illegible] est non quantio est nomen si [illegible] suppo
nit sicut [illegible] est [illegible] quod [illegible]
[illegible] est nomen ut in illa propositione ad est [illegible]
ibi [illegible] est nomen et non [illegible] si [illegible]
positum in alia propositione est [illegible] ut [illegible] ad [illegible]
[illegible] alio capitur [illegible] pro illo quod sicut po
situm potest reddere suppositum verbo [illegible] illo
modo [illegible] non sunt nomina nec possunt esse
nomina secundum nominum impositionem tertio capitur
magis [illegible] pro eo nomine quod sicut sumpta potest

est proposicio vera ibi totum scriptum supponit materialiter
quia supponit pro voce et ad quod non
imponitur ad significandum et tamen contingit quod
tam scriptum quam prolatum cuiuslibet copulata illius
proposicionis supponit personaliter quia alias proposicio
esset falsa. Nota quod aliquando aliqua proposicio
supponit materialiter pro sibi simili in voce
vel in scripto et est proposicio vera quod patet quia
si scriptum pro scripto supponeret esset pro-
posicio falsa ut albinus [illegible] quod
scriptum supponeret pro se ipso quia quod
esset proposicio falsa quia in proposicione scriptum est
falsum et supponit pro illo tamen albinus
ut est additum in alia proposicione captum ad
ultimum scribit in illa agunt ab eventu.
Tercio quod aliquando possunt supponere
materialiter quamvis numquam impositi sunt ad
significandum ut in istis proposicionibus
bu est vox ibi scriptum supponit materialiter
et tamen non est vox significativa

sic tibi placeat? ... violata [illegible]
[illegible] et que te ... multa dea
... [illegible]
Et tamen [illegible] ...
[illegible] ... amor violare ...
Ne possit magno ... malo
[illegible] ... ut volunt nostro
[illegible] ... omnis

Sacerdos
Tibullus

vivit et [illegible] ... [illegible]
... victrices ... Messalla [illegible]
[illegible] ... [illegible]
Non sine me est tibi partus honos Tarbella Pyrene
testis et Oceani litora Santonici.
Testis Arar Rhodanusque celer magnusque Garunna
Carnuti et flavi caerula lympha Liger.
An te Cydne canam tacitis qui leniter undis
caeruleus placidis per vada serpis aquis

A re · i ducat bl dos offert m
pde casse ca uss
Quat sfeugo [illegible] ... colat
Insidiat [illegible] commass [illegible] uocauit
extendit tuta
Iam mihi tendit casses [illegible] dcha [illegible]
Hesperique tacita callida nocte fenet

[illegible]

[illegible]

Necesse est hominem rectorem et gubernatorem civitatis seu policie dare ad mensuram [illegible] ... [illegible] et [illegible] ... et [illegible] ... hostium [illegible]

Item [illegible] et [illegible] ... quam [illegible] ... policie ... et [illegible] ... [illegible]

[illegible] seu [illegible]

Item [illegible] ... [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

546

2

Quoniam omnem civitatem videmus

communitatem quandam existentem et omnem communitatem

boni alicuius gratia institutam, eius enim

videtur boni gratia omnia operantur omnes

[illegible]

Manifestum quod omnes bonum aliquod coniectant. Maxime autem

principalissimum omnium, omnium maxime principalis et omnes alias circum-

[illegible]

[illegible]

placentem. Hec autem est que vocatur civitas et communitas politica.

[illegible]

Quicumque ergo putant politicum et regale et yconomicum

et despoticum idem non bene dicunt; multitudine enim et pau-

citate putant differre sed non specie unumquodque. Ut quidem

paucorum patrem familias, si autem plurium yconomicum,

si autem adhuc plurium politicum aut regale, tamquam nichil differ-

entem magnam domum et parvam civitatem. Et politicum

et regale, quando quidem ipse presit regale, quando autem secundum

sermones disciplinae talis secundum partem principans et subiectus politicum.

[illegible]

[illegible]

Sicut autem et in aliis manifestum autem erit quod dicitur intendentibus secundum subiectam methodum; sicut enim in aliis compositum usque ad incomposita necesse dividere, haec enim minimae partes totius, et civitatem ex quibus componitur considerantes videbimus et de his magis quid differunt ab invicem et si quid artificiale contingit accipere circa unumquodque dictorum; si quis utique a principio res nascentes videat quemadmodum et in aliis et in his optime utique sic speculabitur.

[illegible]

Necesse itaque primum combinari non possibiles esse sine invicem ut feminam et masculum generationis gratia; et hoc non ex electione sed sicut in aliis animalibus et plantis naturale appetere quale ipsum tale derelinquere alterum; principans autem et subiectum natura propter salutem; quod quidem enim potest mente providere principans natura et dominans natura; quod autem potest haec corpore facere subiectum et natura servum.

[illegible]

Natura quidem igitur distinguuntur femina et servus. Nichil enim natura facit tale quale cuprifabri Delphicum gladium pauperes, sed unum ad unum. Sic enim utique perficietur optime organorum unumquodque non multis operibus sed uni serviens.

Inter barbaros autem femina et servus eundem habent ordinem. Causa autem quia natura principans non habent, sed fit communicatio ipsorum serve et servi. Propter quod dicunt poete barbaris quidem grecos principari congruum, tamquam idem natura barbarum et servum.

[illegible]

Ex his quidam [illegible] dualibus civitatibus / domus prima et recte [illegible]

Leucadius dixit particianus / domum quidam praeeminente

[illegible] et bove aratos / Bos non promiscuis paup[illegible]

[illegible]

Anomeum quidam vero dicunt constituta civitatis triginta natis / domus

quas kalendas quidam vocat amosiphios / epymeni[illegible]

des aut [illegible] omokampinos

[illegible]

Ex pluribus aut domibus conciata [illegible] una / non [illegible]

[illegible] / mapie aut videtur triginta natis [illegible]

[illegible]

domum esse / quos vocant quidam collactaneos pueros

et pueros puerorum. propter quod et primo regi regebantur civita-

tes et nunc adhuc gentes. ex subiectis enim regi convenerunt. omnis enim

domus regitur a senissimo. quare et vicinie propter cognationem. et hoc

est quod dicit Homerus / leges statuit unusquisque pueris

et uxoribus / dispersi enim et sic antiquitus habitabant

et deos autem propter hoc omnes dicunt regi, quia et ipsi hii quidem

adhuc et nunc, hii autem antiquitus regebantur / sicut autem

et species sibi ipsis assimilant homines, sic et vitas deorum

[illegible]

Quecumque [illegible] differunt [illegible]

[illegible]

Quecumque dicuntur organa factiva organa sunt, res possessa autem activum. Ex pectine quidem enim alterum aliquid fit preter usum ipsius, ex vestitu autem et lecto usus solum. Adhuc autem quoniam differunt factio specie et actio et indigent ambe organis, necesse et hec eandem habere differentiam. Vita autem actio, non factio est. Propter quod et servus minister eorum que ad actionem. Res possessa dicitur quemadmodum et pars. Pars enim non solum alterius est pars, sed et simpliciter alterius. Similiter autem et res possessa. Propter quod dispotes quidem servi dispotes solum, illius autem non est; servus autem non solum dispotis servus est, sed et omnino illius. Quecumque quidem igitur natura servi et que virtus, ex hiis manifestum. Qui enim non sui ipsius natura sed alterius homo est, iste natura servus est. Alterius autem est homo quicumque res possessa aut servus est. Res possessa autem organum activum et separatum.

Iuxta [illegible] [illegible] organa [illegible] organorum [illegible] activum [illegible]

[illegible]

Secundum ca. 3m

Utrum autem est aliquis natura talis aut non

Et utrum dignius et iustius alicui servire aut non

Sed omnis servitus preter naturam est post hec considerandum

[illegible]

Non difficile autem et ratione contemplari et ex factis addiscere

Principari enim et subici non solum necessariorum sed

et expedientium est et statim ex nativitate quedam segregata

sunt hec quidem ad subici hec autem ad principari Et species multe

et subiectorum sunt et principantium et semper melior principatus

qui meliorum subditorum puta hominis quam bestie Opus enim

efficitur a melioribus melius opus Ubi autem hoc quidem

principatur hoc autem subditur est aliquod horum opus

[illegible]

[illegible commentary]

Et prius itaque civitas quam domus et unusquisque nostrum est.

Totum enim prius necesse est esse parte. Interempto enim toto

non erit pes neque manus nisi equivoce, ut si quis dicat

lapideam. Corrupta enim erit talis. Omnia autem opere diffi-

nita sunt et virtute, quare ita non talia existentia non

dicendum eadem esse sed equivoca. Quod quidem igitur civitas

et natura et prior quam unusquisque manifestum. Si enim non per se sufficiens

unusquisque segregatus, similiter aliis partibus se habebit ad totum.

Non potens autem communicare aut nullo indigens propter per se

sufficientiam nulla pars civitatis, quare aut bestia aut deus.

[illegible commentary]

Natura quidem igitur impetus in omnibus ad talem communitatem. Qui autem primus

instituit maximorum bonorum causa. Sicut enim et perfectum optimum animalium

homo est, sic et separatum a lege et iustitia pessimum omnium. Sevissima

enim iniustitia habens arma. Homo autem habens arma nascitur

prudentia et virtute quibus ad contraria est uti maxime. Propter quod

scelestissimum et silvestrissimum sine virtute et ad venerea

[illegible commentary]

et voracitatem pessimum. Iniustitia autem civile. Dyke enim civilis

communitatis ordo est. Dyke autem iusti iudicium.

[illegible commentary]

Quoniam autem manifestum ex quibus partibus civi-

tas constat, necessarium primum de yconomia dicere.

Omnis enim componitur civitas ex domibus. Domus autem partes

ex quibus rursum domus instituta est. Domus autem perfecta

ex servis et liberis. Cum autem in minimis primum unumquodque

querendum, prime autem et minime partes domus dominus et

servus, maritus et uxor, et pater et filii, de tribus utique

considerandum erit quid unumquodque et quale oportet esse.

Hec autem sunt despotica et nuptialis, innominata enim

femine et viri coniunctio, teknopoietica et tertia

[illegible commentary]

[illegible commentary, 3 lines]

7

ut et notata ipsis nominibus. Sunt autem hec tres quas diximus.

Est autem quedam pars que videtur hiis quidem esse yconomia,

hiis autem maxima pars ipsius; quomodo autem se habet considerandum.

Dico autem de vocata crismatistica. Primum autem de despotica

et servo dicamus, ut et que ad necessariam oportunitatem videamus,

et ut utique si quid ad sciendum de ipsis poterimus accipere

melius nunc opinatis. Hiis quidem enim videtur scientia quedam esse

despotica et eadem yconomia et despotica et pollitica et

regnativa, sicut diximus incipientes. Hiis autem preter naturam

despotizare; lege enim hunc quidem servum esse, hunc quidem

liberum, natura autem nichil differre. Propter quod neque iustum, violentum enim.

[illegible commentary, approx. 27 lines]

Quoniam igitur possessio pars domus est et possessiva pars yco-

nomie (sine necessariis enim impossibile et vivere et bene vivere), quemadmodum autem

[illegible commentary, approx. 7 lines]

determinatis artibus necessarium utique erit existere convenientia organa si debeat perfici opus sic et yconomico

[illegible]

Organorum autem hec quidem inanimata hec autem animata velud gubernatori gubernaculum quidem inanimatum proreta autem animatum. Minister enim in organi specie artibus est. Sic et res possessa organum ad vitam est et possessio multitudo organorum est et minister res possessa animata et sicud organum ante organa omnis minister. Si enim poterat unumquodque organorum iussum et presenciens perficere suum opus quemadmodum que Dedali aiunt aut que Vulcani tripodas quos ait poeta spontaneos divinum subintrare agonem sic si pectines pectinarent per se et plectra citharizarent nichil utique opus esset architectoribus ministris neque dominis servis

[illegible]

Que autem ex pluribus vicis communitas perfecta, civitas, iam omnis habens terminum per se sufficientie ut consequens est dicere, facta quidem igitur vivendi gratia, existens autem gratia bene vivendi.

Propter quod omnis civitas natura est, siquidem et prime communitates. Finis enim ipsa illarum; natura autem finis est. Quale enim unumquodque est generatione perfecta, hanc dicimus naturam esse uniuscuiusque, puta hominis, equi, domus. Adhuc quod cuius gratia et finis optimum; per se sufficientia autem et finis et optimum.

Ex hiis igitur manifestum quod eorum que natura civitas est, et quod homo natura civile animal est; et qui incivilis propter naturam et non propter fortunam aut pravus est aut melior quam homo, et qui ab Homero maledictus insocialis, illegalis, scelestus. Simul enim natura talis et belli affectator, veluti sine iugo existens sicut in volatilibus.

[illegible]

Est autem civile animal homo omni ape et omni gregali animali magis palam. Nichil enim (ut aymus) frustra natura facit. Sermonem autem solus habet homo super alia. Vox quidem quod delectabilis et tristabilis est signum. Propter quod et aliis existit animalibus. Usque ad hoc enim natura eorum pervenit ut habeant sensum tristabile et delectabile et hec significare invicem. Sermo autem in ostendendo est conferens et nocivum, quare et iustum et iniustum. Hoc enim ad alia animalia hominibus proprium solum boni et mali, iusti et iniusti et aliorum sensum habere. Horum autem communicatio facit domum et civitatem.

[illegible]

Quecumque enim ex pluribus constituta sunt et fit unum aliquid quod sive ex continuis sive ex divisis in omnibus videtur principans et subiectum et hoc commune natura inest animatis etiam in quo participat vita est quoddam principatus puta armonie. Sed hec quidem forte magis exoterice sunt speculationis. Animal autem primum constat ex anima et corpore quorum hoc quidem principans est natura hoc autem subiectum. Oportet autem intendere in hiis que secundum naturam habent magis quod natura et non in corruptis. Propter quod et optime dispositum et secundum corpus et secundum animam hominem considerandum in quo hoc palam. Pestilentium enim et prave se habentium videbitur principari multotiens corpus anime propter prave et preter naturam habere.

[illegible]

Est quidem igitur sicut dicimus primum in animali contemplari et despoticum principatum et politicum. Anima quidem corpori dominatur despotico principatu, intellectus autem appetitui politico et regali. In quibus manifestum est quod secundum naturam et expediens

[illegible]

[illegible]

corpori regi ab anima et passibili parti ab intellectu et parte rationem habente; expediens est ex equo autem aut e contrario nocivum omnibus. Iterum in homine et in aliis animalibus similiter; mansueta quidem enim silvestribus digniora natura, hiis autem omnibus melius regi ab homine, adipiscuntur enim salutem sic. Adhuc autem masculum ad feminam natura hoc quidem melius, hoc autem deterius, et hoc quidem principans, hoc autem principatum. Eodem autem modo necesse est et in hominibus.

[illegible]

Quicumque quidem ergo tantum distant quantum anima a corpore et homo a bestia, disponuntur autem hunc modum quorumcumque est opus corporis usus, et hoc est ab ipsis optimum, isti quidem sunt natura servi, quibus melius est regi hoc principatu, si quidem et dictis. Est enim natura servus qui potest alterius esse, propter quod et alterius est, et communicans ratione tantum quantum ad sensum accipere, sed non habere. Alia autem animalia non rationi sentientia, sed passionibus serviunt. Et oportunitas variatur modicum; ad necessaria enim corpori auxilium fit ab ambobus, et a servis et a domesticis animalibus.

[illegible]

[illegible]

Hic est 2a pars [illegible] in qua philosophus [illegible] qui sunt natura servi et qui domini [illegible] [illegible]

10

Vult quidem igitur natura et corpora differentia facere que liberorum et servorum. Hec quidem fortia ad necessarium usum, hec autem recta et inutilia ad tales operationes, sed utilia ad civilem vitam. Hec autem et fit divisa ad bellicam operationem et pacificam. Accidit autem multotiens et contrarium, hos quidem corpora habere liberorum, hos autem animas. Quoniam hoc manifestum quod si tantum fiunt differentes corpore solum quantum deorum ymagines, subdeficientes omnes dicent utique dignos esse hiis servire. Si autem in corpore hoc verum, multo iustius hoc in anima determinatum. Sed non similiter facile videre pulcritudinem anime et corporis. Quod quidem igitur sunt natura quidam hii quidem liberi, hii autem servi, manifestum, quibus et expedit servire et iustum est.

Hic aptus ostendit quales sunt servi [illegible] [illegible]

[illegible commentary]

ymagines deorum

Quod autem et qui contraria dicunt quodam modo aliqualiter dicunt recte, non difficile videre. Dupliciter enim dicitur servire et servus. Est enim aliquis secundum legem servus et serviens. Lex enim promulgatio quedam est, in qua in bello superata superancium esse dicunt.

Hoc itaque iustum multi eorum qui in legibus quemadmodum rhetorem scribunt iniquorum, tamquam durum si quod vim inferre potens et secundum potenciam melioris erit servum et subditum quod violenciam passum est. Et hiis quidem sic videtur, hiis autem illo modo, et sapientum. Causa autem huius dubitationis et quod facit verba variari, quia modo aliquo virtus sortita subsidia violenciam pati potest maxime, et est semper superans in excessu boni alicuius, ut videatur non sine virtute esse violenciam.

[illegible] ... ut rhetora ... dicunt quod iustum [illegible] est ... quia non est iustum ... quod superati in bello sint servi ... dicunt quia ... potencia possit violenciam inferre ... qui est melior ... qui est principal[is] ... et melior ... ille qui superat sit potencior ... superare meliorem. Alii autem sapientes dicunt quod superatus in bello sit servus ... sit iustum quod superatus in bello sit servus ... in bello ... excessu alicuius boni ... sua violencia quam infert non videtur ... sine virtute ... fortitudine ... principaliter superat. Vel in laudem bellancium ... lex ... ut sic magis armet bellantes ... toti civitati ... aliquem meliorem superant ... lex ... debet ... ut sic bonum ... et mali puniantur ... [illegible]

Quod de iusto solucio est dubitacionis, propter hoc enim hiis quidem benivolencia videtur iustum esse, hiis autem ipsum hoc iustum meliorem principari. Quoniam si ponitur seorsum hiis verbis neque forte niché habent improbabile ... [illegible]

Quod autem et contraria ... quod illi qui dicunt ... dicunt ... quedam ... sit servus legalis et non autem naturalis ... aliquo modo dicunt. Et ... ostendit ... servus ... lege et iuste ... lege est ... ordinacio legis ut lex statuit quod victi et superati in bello sint servi superantibus et victoribus ... duo opiniones ... una est ... in legibus ... quod superati ... sint servi

alteri autem ut non oportet melius secundum virtutem principari et dominari

[illegible commentary]

Totaliter autem attendentes quidam ut putant ad iustum quoddam /
lex enim iustum quoddam / eam que secundum bellum servitutem ponunt
iustam / simul autem non aiunt / principium enim contingit non iustum esse
bellorum / et indignum servire nequaquam utique dicet aliquis servum
esse / si autem non accidet eos qui videntur nobilissimi esse servos esse
et ex servis si contingat venundari captos / propter quod ipsos non volunt
dicere servos / sed barbaros / Et quidem cum hoc dicunt nichil aliud que-
runt quam quod natura servum / quod quidem a principio diximus / necesse enim
est dicere aliquos esse hos quidem ubique servos / hos autem nusquam /
Eodem autem modo et de ingenuitate / ipsos quidem enim non solum
apud ipsos ingenuos sed et ubique putant / barbaros autem
domi solum tamquam sit aliquid / hoc quidem simpliciter ingenuum
et liberum / hoc autem non simpliciter / quemadmodum Theodecti elogia
inquit / Ex ambobus divinis progenitoribus radicibus
quis utique dignificabit dicere servum

[illegible commentary]

theodebiti elogia

[illegible commentary]

et venderentur filii eorum iuste servi / quia nascuntur ex servis / quamvis videtur velle quod superati in bello / non sunt servi vere servi / quia sic etiam quandoque nobiles contingit fieri servos quod est falsum / quod in graecis nollent hoc dici quod nobiles eorum capti in bello fiant servi simpliciter / sed barbari solum eorum capiuntur et sunt servi / et qui sic dicunt reducuntur ad dictum de naturali servitute / que est in barbaris ut dictum est supra / non autem in graecis nobilibus captis in bellis seu de bello / quia solum dicitur esse natura apud naturaliter esse quosdam dominos / et quosdam servos / Et subdit quod secundum eundem modum loquuntur graeci de ingenuitate id est de libertate sicut enim ipsi graeci nobiles sunt in ingenuitate non solum cum sunt apud sapientes sed cum sunt in propria domo / et statu et ubique terrarum / Sed barbari qui sunt naturaliter servi ut dictum est supra solum domi sunt liberi ut dictum est supra / et quod aliquando sunt naturaliter et sunt liberi / et in ingenui / scilicet qui sunt bene dispositi secundum mores / et alii secundum quid / scilicet barbari / Et confirmat per dictum poete qui in sua ethologia aliquando hoc elegia id est in tractatu de moribus hominum / dicit quod unus dignus reputabitur / quod addicatur servituti et cetera / qui processit ex utraque parte / scilicet ex patre et matre nobilissima divina progenie secundum errorem gentilium qui principes magnos deos vocabant

Cum autem hec dicunt / nichil aliud quam virtute et malicia determinant servum et liberum / et nobiles et ignobiles / dignificant enim quemadmodum ex homine hominem / ex bestiis fieri bestiam / sic et ex bonis bonum / Natura autem vult quidem hoc facere multotiens non tamen potest /

In ista parte ostendit / quare aliud quam supra dictum est sit intelligendum / quod illi qui sunt hoc intenderunt quod libertas et servitus nobilitas et ignobilitas determinant secundum virtutem et malitiam / ita quod illi qui sunt virtuosi ut dictum est / sunt liberi et nobiles / qui autem sunt viciosi ut dictum est / sunt servi et ignobiles / Et hoc ideo quia hos reputant dignum / quod sicut ex homine fit homo et ex bove fit bos sic ex bonis viris procedunt boni filii / et ex malis processit nobilitas de filiis bonorum honorarum / tamen plures patribus in bonitate et virtute / Et ipsa natura ad hoc inclinat quod ex bonis faciat bonos / sed tamen ut in pluribus deficit / sic quod ex parentibus bene dispositis in virtute nascuntur quandoque filii male dispositi ad virtutem / et sic si bonorum parentum filii sunt boni et filii erunt nobiles secundum opera et virtutes / Si autem sunt mali ipsi sunt secundum opera et mores sine nobilitate /

Quod quidem igitur habet quandam rationem dubitatio / et non sunt hii quidem natura servi hii autem liberi palam / et quod in quibusdam determinatum est quod tale quorum quidem huic expedit servire / huic autem dominari et iustum est et oportet hos quidem subici / hos autem principari quo nati sunt principatu principari / quare et despotizare / male autem inutiliter est ambobus /

Idem enim expedit parti et toti et corpori et anime. Servus autem pars quedam domini, velud animatum aliquid corporis, separata autem pars. Propter quod et expediens aliquid est et amicitia servo et domino ad invicem, hiis qui natura tales dignificati. Hiis autem qui non secundum hunc modum, sed secundum legem et violentiam passis contrarium.

Hic primus ponit differentiam inter servum naturalem et servum legalem servo ad servitium [illegible] et post dicit differentiam et primo epilogando dicit quod dictum quod sicut manifesta est [illegible] quandoque [illegible] quod quidem libertatis et servitutis distantias non est secundum naturam sed quandoque [illegible] secundum leges, sed in quibusdam distinguuntur secundum naturam, et tunc post dicit quod utile servo secundum leges [illegible] naturali servo domino naturali, et est idem expedit domino naturali ut dicat servum naturalem quod hoc expediat primo [illegible] probat et est quedam separata [illegible] tam domino quam servo naturali expedit ut dominus regat servum et servus serviat domino. Probatur: idem expedit toti et parti, corpori et anime; sed servus est pars domini, non coniuncta sed separata; unde servo naturali expedit ut regatur a domino, quod utrique expedit; sed servus naturalis ut serviat domino naturali et domino ut regat et dirigat servum. Secundo probat quia pars et totum communicant in bonis et in malis, et quod dixit quod servus sit pars domini intelligitur quod est pars, quia sicut pars obedit toti sic et servus domino, et quia est quedam differentia inter servum naturalem et servum legalem et est quod servo naturali expedit ut serviat domino, et non expedit servo legali, et hoc apparet ex secunda differentia, que est ista: servus naturalis [illegible] est amicitia, sed inter servum legalem et eum qui prevalet in bello non est amicitia, probatur quia captivus reputat se iniuriam [illegible] captivus passus, et hec est causa quare non expedit quod tales servi serviant domino, quia semper [illegible] quia contra voluntatem contrariam voluntati domini et nullam amicitiam, et propter hoc tales servi ut fecit [illegible] in carcere vel custodiuntur ad laborandum vel aliquo vinculo deputantur ad laborandum.

Manifestum autem et ex hiis quoniam non idem est despotica et politica, neque omnes ad invicem principatus, sicut quidam aiunt. Hec quidem enim liberorum natura, hec autem servorum est, et yconomica quidem monarchia (ab uno enim regitur omnis domus), politica autem liberorum et equalium principatus.

Hic est tertia particula principalis in qua solvit questionem que querit an principatus despoticus differat secundum speciem, et continet duas particulas, in prima dicit quod principatus distinguuntur et [illegible] quod non omnes principatus sunt idem, et est differentia specifica [illegible] sic est principatus despoticus est servorum secundum naturam, sed principatus politicus est liberorum ad equales [illegible] sunt idem, quod quia ut dominus melior subditis melior est principatus [illegible] principatus politicus, et yconomicus est principatus politicus est liberorum et equalium, sed yconomicus est unius domini in quo sunt servi, uxor et filii, et quia yconomica est monarchia in domo continet unus senior continuitatem principatus ab uno enim [illegible] regitur omnis domus [illegible] principatus [illegible] politicus est [illegible] equalitate est continuatio ita quod quilibet principatur unus circa alios. Nota monarchia prout est [illegible] continet sub se omnes principatus, et est tunc unus sine continuatione per totam vitam principatur in monarchia autem domus [illegible] sunt principatus, scilicet domini ad servum, et viri ad uxorem, et patris ad filium, et omnes isti concurrunt in [illegible] [illegible], et sic est monarchia [illegible]

[illegible]

Despotes quidem igitur non dicitur secundum scientiam sed eo quod talis sit similiter
autem et servus et liber. Scientia autem utique erit et despotica et
servilis. Servilis quidem qualem quidem qui in Syracusis eru-
divit. Ibi enim accipiens quis precium docebat ancillaria
ministeria pueros. Erit autem utique et ad plus horum disciplina
velud pulmentaria et alia talia genera ministrationis. Sunt enim
alia aliis hec quidem honorabiliora opera hec autem necessaria. Et
secundum proverbium servus ante servum dominus ante dominum. Tales quidem igitur
omnes similes scientie sunt. Despotica autem scientia est que est usiva
servorum. Despotes enim non in possidendo servos sed in utendo
eis. Est autem hec scientia nichil magnum habens neque venerabile.
Que enim servum oportet scire facere illud oportet hec scire precipere. Propter quod
quibuscumque potestas est ut non ipsi malo patiantur procurator
accipit hunc honorem ipsi autem civiliter vivunt aut philosophantur.
Acquisitiva autem altera ab utrisque his velud que iusta
bellica quedam existens aut venativa. De servo quidem igitur et
domino determinatum sit hoc modo. (et 29 textus)

Hec est sexta particula 29 partis in qua [illegible]

[illegible]

13

[D]aliter aut de omni possessione et pecu-
niativa complacabimus rem subinductam modo
cum quidem et servus possessionis pars quedam erit.
Primo quidem dubitabit aliquis utrum pecuniativa eadem sit yconomice
aut pars quedam aut subministrativa et si subministrativa utrum ut
pectinifactiva textili aut sicut erearia statuifactive.
Non enim similiter subministrant. Sed hec quidem organa exhibet, hec
aut materiam. Dico aut materiam quod supponitur ex quo aliquid
perficitur opus, puta textori quidem lanam, statuifice aut es.
Et quod quidem non eadem yconomica pecuniative palam. Huius
quidem enim acquirere, huius aut uti. Quis enim erit qui utitur
hiis que in domo preter yconomicam. Utrum aut pars ipsius
est quedam an altera species habet dubitationem. Si enim est pecuni-
ative videre unde pecunie et acquisitio erit, possessio aut multas
complectitur partes et divicias. Itaque primum agricultiva utrum pars
quedam pecuniative aut alterum quoddam genus et universaliter que circa alimentum
cura et acquisitio.

[illegible]

2

[illegible]

Species multe ciborum, propter quod et multe vite et animalium et
hominum sunt. Non enim possibile vivere sine cibis. Quare differentie ciborum
vitas fecerunt differentes animalium. Bestiarum enim hee quidem gregalia
hee autem disperse sunt, quecumque expedit ad cibum ipsis. Propter quod hee quidem
carnivora hee autem fructivora hee autem omnivora ipsarum sunt.
Itaque ad desidias et electionem horum vitas ipsarum determinavit
natura. Quoniam autem non idem unicuique delectabile secundum naturam sed altera alteris,
et ipsorum carnivororum et fructivororum vite ad invicem distant. Similiter
autem et hominum. Multum enim differunt horum vite. Otiosissimi quidem igitur
pastorales sunt; qui enim a domesticis animalibus sine
labore fit nutrimentum vacantibus. Necessario autem existente transmutari pecoribus
propter pascua, et ipsi coguntur consequi tamquam agriculturam viventem
colentes. Alii autem ex venatione vivunt, et venatione alii alia,
puta hii quidem latrocinio, hii autem piscatione, quicumque
stagna et paludes et fluvios et mare tale habitant, hii autem
ex avibus aut bestiis silvestribus. Plurimum autem genus hominum ex
terra vivit et domesticis fructibus. Vite quidem igitur fere tot sunt
quecumque sponte nata habent elaborationem et non per commutationem
et negotiationem faciunt alimentum: pastoralis, furativa et piscativa,
venatica. Alii autem et mixtim ex his delectabiliter vivunt,
supplentes defectissimam vitam qua sunt deficientes ad per se sufficien-
tiam, puta hii quidem pastoralem simul et furativam, hii autem agriculturam
et venativam. Similiter autem et circa alias; quomodocumque et oportunitas
compellat, hoc modo degunt.

[illegible]

[illegible] animalia cum gregalia sunt quoniam cibum quod toti congregationi sufficiat et industriam sive facultatem ad hoc habent; animalia autem dispersa sunt solitarie volantia et predicantia et hec est causa quia sibi solis congregant [illegible] hec sunt [illegible] hic sufficientiam venationem et predationem ut sibi sufficiat ad vitam [illegible] ordinem [illegible] alterius ordinem ne sibi deditum [illegible] sibi expedit ad cibum [illegible] de sollicitudine vite quo providerat vite natura

Et sicut videmus quod quedam bestie vivunt congregate in unum et que dispersa [illegible] ad cibum ipsarum, que scilicet sunt animalifaga id est alia comedentia, et quedam fructifaga et quedam omnifaga, id est diversa comedentia, et ita natura distinxit vitas earum [illegible] quos eligunt [illegible] et [illegible] vivunt in desideria vel in [illegible] quia non [illegible] delectabile [illegible] sed quia non omnia que [illegible] carnes vel fructus [illegible] delectant [illegible] alia fructus vel carnes [illegible] vitam [illegible] vite quidam [illegible] quasi [illegible] vivunt [illegible] qui ex [illegible] quos pascunt vivunt quasi colentes agrum vivunt et transferentes se de loco ad locum cum [illegible] ad quibus [illegible] alii [illegible] sunt qui vivunt de lacte. Alii autem homines vivunt ex preda et hoc vel latronando [illegible] vel piscando pisces [illegible] vel venando aves et alia silvestria. Plurimi autem genus hominum vivunt ex terra nascentibus et domesticis fructibus et [illegible] cibum elaboratum. Alii autem ut delectabilius vivant simul [illegible] pascualem vitam cum [illegible]. Alii agriculturam et venationem ut sufficiant [illegible] vivunt autem vite [illegible] elaboratam aut [illegible] aut [illegible] pascualem, piscativam, venativam [illegible]

Talis quidem igitur acquisitio ab ipsa videtur natura data omnibus, sicut secundum primam generationem mox, sic et perfectis. Et enim secundum eam que a principio generationem hec quidem animalium coexpariunt tantum alimentum ut sufficiens sit quousque utique possit ipsum sibi ipsi acquirere quod generatum est, velud quecumque ~~vermificant~~ indificant aut ovificant; quecumque autem animalificant propter generationem habent cibum in se ipsis ad tempus, vocatam lactis naturam. Quare similiter palam quia et generatis existimandum plantas animalium gratia esse et alia animalia hominum gratia, domestica quidem et propter usum et propter cibum, silvestrium autem si non omnia, tamen plurima cibi et alterius auxilii gratia, ut et vestis et alia organa fiant ex ipsis. Si igitur natura nichil neque imperfectum facit neque frustra, necessarium hominum gratia ipsa omnia fecisse naturam. Propter quod et bellica natura acquisitiva aliqualiter erit; predativa enim pars ipsius qua oportet uti et ad bestias et ad homines quicumque nati subici non volunt, tamquam natura iustum existens hoc bellum.

Hic est finis prime particule [illegible] ars acquisitiva cibi est naturalis et hec est [illegible] quedam aliqua acq[illegible]

[illegible]

Una quidem igitur species possessive secundum naturam yconomice pars est, quam oportet aut existere aut acquirere ipsam ut existat quarum est thezaurizatio rerum ad vitam necessariarum et utilium in communicationem civitatis aut domus et videntur vere divicie ex hiis esse.

[illegible]

Possessionis enim talis per se sufficientia ad bonam vitam non infinita est sicut Solon inquit poetizans: Diviciarum nullus terminus positus viris. Positus enim est quemadmodum aliis artibus, nullum enim organum infinitum nullius est artis neque multitudine neque magnitudine. Divicie autem organorum multitudo sunt yconomicorum et politicorum. Quod quidem igitur est quedam possessiva secundum naturam yconomis et politicis et propter quam causam palam.

[illegible]

Est autem genus aliud possessive quam maxime vocant et iustum ipsum vocare pecuniativam propter quam nullus videtur terminus esse divitiarum et possessionis, quam ut unam et eandem dicunt multi predicte propter vicinitatem. Est autem nec eadem dicte nec longe posita. Est autem hec quidem natura, hec autem non natura ipsarum, sed per experientiam quandam et artem fit magis.

[illegible]

Sumamus autem de ipsa principium hinc. Uniuscuiusque rei duplex usus est, ambo autem per se, sed non similiter per se, sed hic quidem proprius, hic autem non proprius rei, puta calciamenti calciatio et commutatio. Ambo enim calciamenti usus; et enim commutans cum eo qui indiget calciamento pro numismate aut cibo utitur calciamento in quantum calciamentum, sed non proprio usu; non enim commutationis gratia factum est. Eodem autem modo se habet et de aliis possessionibus. Est enim permutativa omnium, incipiens primum quidem ab eo quod secundum naturam, eo quod hec quidem plura, hec autem pauciora sufficientibus habent homines. Quare et palam quod non est secundum naturam pecuniativa campsoria; quantum enim sufficiens ipsis, necessarium erat facere commutationem.

[illegible]

[illegible]

In prima quidem igitur communitate (hoc autem est domus) manifestum quod nullum est opus ipsius, sed iam amplius communitate existente. Hii quidem enim ipsorum communicabant omnibus, hii autem separati multis rursus et aliis, quorum secundum indigentias necesse fieri retributiones, quemadmodum adhuc faciunt multe barbarorum nationes secundum commutationem. Ipsa enim utilia ad ipsa commutant ad plus autem nichil, puta vinum ad triticum dantes et accipientes, et aliorum talium unumquodque.

Talis quidem igitur commutativa neque preter naturam neque pecuniative est species ulla; in repletionem enim eius que secundum naturam per se sufficientie erat.

[illegible]

Ex hac tamen facta est illa secundum rationem, magis enim peregrina facta auxilia [illegible] quo indigebant et emittere quibus superabundabant, ex necessitate numismatis acquisitus est usus. Non enim facile portabile unumquodque secundum naturam necessariorum. Propter quod ad commutationes tale aliquid composuerunt ad se invicem dare et accipere quod utilium ens habebat utilitatem valde bene tractabilem ad vivere, puta ferrum et argentum et si quid tale alterum, primo quidem simpliciter determinatum magnitudine et pondere, postremo autem et caracterem imprimentibus ut absolvat a mensuratione ipsos. Caracter enim positus est quantitatis signum.

[illegible]

Factum igitur [illegible]

Facto igitur iam numismate ex necessaria commutatione altera species pecuniative facta est, campsoria, primo quidem simpliciter forte facta, deinde per experientiam iam artificialius, unde et quando transmutata plurimum faciet lucrum. Propter quod videtur pecuniativa maxime circa numisma esse, et opus ipsius posse considerare unde erit multitudo pecuniarum: factiva enim divitiarum et pecuniarum. Et enim divitias multotiens ponunt numismatis multitudinem, propterea quod circa hoc esse pecuniativam et campsoriam. Aliquando autem rursum deliramentum esse videtur numisma, et lex omnino, natura autem nihil, quia transpositis utentibus nullius dignum neque utile ad aliquid necessariorum est, et numismate dives multotiens indigebit necessario cibo: quamvis inconveniens esse tales divitias, quibus habundans fame peribit, quemadmodum et Midam illum fabulose dicunt propter insatiabilitatem desiderii omnibus sibi propositis aureis fieri. Propter quod quaerunt aliud aliquid divitias et pecuniativam, recte quaerentes. Est enim altera pecuniativa et divitiae quae secundum naturam, et haec quidem yconomica, campsoria autem factiva pecuniarum non omnino, sed per pecuniarum permutationem. Et videtur circa numisma haec esse: numisma enim elementum et finis commutationis est.

[illegible]

Et infinitatem divitie quam adhuc pecuniativa / ponit in me-
diatio ad sanare in infinitum est / et quelibet artium finis in infi-
nitum / quam maxime enim illum volunt facere / [illegible]

Factivarum autem que ad finem non infinitum / terminus enim quod finis omnibus
sic et huius pecuniative non est finis terminus / finis enim talis
divitie et pecuniarum possessio / yconomice autem non pe-
cuniative est terminus non enim hoc yconomice opus / [illegible]

Propter quod hic quidem videtur omnem divitiarum necessarium esse
terminum / quibus autem quam fiat videmus accidens contrarium / omnes
in infinitum augent pecunias ad usum / qui circa nummisma
Causa autem coniunctio ipsarum / variat in usu / eiusdem
opus utriusque pecuniative / eiusdem enim est usus acquisitio / sed
non eiusdem / sed huius quidem alius finis / huius autem augmentatio
finis / quare videtur quibusdam hoc esse yconomice opus /
et perseverant vel salvare oportere existimantes vel augere
nummismatum substantiam in infinitum / causa autem huius dispositionis
studere circa vivere sed non circa bene vivere / infinito igitur illa

17

concupiscentia existente et factiva infinita desiderant
Quicumque autem et bene vivere intendunt quod ad delectationes
corporales querunt / itaque quoniam et hoc in possessione videtur
existere / omnis conversatio circa acquisitionem pecuniarum est / et
altera species pecuniative propter hoc venit / in superabundantia
enim existente fruitione eam que superabundantie factiva querunt /
et si non per pecuniativam possunt acquirere per aliam causam hoc atten-
tant / unaquaque potentiarum utentes non secundum naturam. Fortitu-
dinis enim non pecunias facere est sed audaciam / neque mi-
litaris et medicative sed huius quidem victoriam / huius autem
sanitatem / hii autem omnes faciunt pecuniativas tamquam
hoc fine existente / ad finem autem omnia oportet occurrere
De non necessaria igitur pecuniativa et que et propter quam causam
in indigentia sumus ipsius dictum est / et de necessaria quod altera
quidem ab ipsa / yconomica autem secundum naturam que circa alimentum
non sicut ipsa infinita sed habens terminum / Palam autem et quod dubitabat
a principio utrum yconomici et politici est pecuniativa
aut non sed oportet hoc quidem existere / sicut enim et homines
non facit politica sed accipiens a natura utitur ipsis / sic
et cibum oportet naturam tradere terram aut mare aut aliud aliquid
Ex his autem quemadmodum oportet ista disponere yconomico est
non enim textive lanas facere sed uti ipsis et cognoscere
quale utile et idoneum vel pravum et ineptum

[illegible]

Adiutiva vite et pecuniativa [illegible] que querit augmentum pecunie in infinitum habet magna[m] [illegible] ad [illegible] et [illegible] ad [illegible] pecunie [illegible]
et [illegible] yconomi et politici [illegible] de una pecunia
sed yconomica et politica ad [illegible]. Hec autem sunt [illegible] yconomica et politica [illegible] est quod
quidam [illegible] studiunt circa [illegible] vivere ut [illegible] studiunt circa vivere sunt
[illegible] adiutive et [illegible] superabundantia
et [illegible] pecuniam [illegible] est quia quidam [illegible]
[illegible] vivere et [illegible] de [illegible] et [illegible] corporibus
[illegible] pecunias [illegible] quia [illegible] pecunia [illegible]
[illegible] pecunias ad [illegible]
pecuniativam [illegible] sufficienter ad [illegible] alia [illegible]
pecunias [illegible] et fortitudine militari arte medicinali et alias [illegible]
[illegible] ad pecuniam [illegible] medicinal[is]
[illegible] sanitatem facit et fortitudinem facit audaciam [illegible] et [illegible] militaris est
victoria et [illegible] vivere et [illegible] corrupti yconomi
et politici [illegible]
[illegible] pecunie. [illegible] pecuniativa [illegible] ad yconomicam et politicam [illegible]
[illegible] pecuniativa [illegible]
et politicis [illegible] pecuniativa sit [illegible]
[illegible] pecuniativa [illegible]
[illegible] domus [illegible]
[illegible] et politici
[illegible]
et [illegible]

Dubitabit enim utique aliquis propter quid pecuniativa [illegible]
[illegible] yconomice [illegible] medicinalis aut non [illegible] quamvis oportet sanari eos
qui in domo sunt vivere et aliud aliquid necessariorum. Etenim aut
est quidem ut yconomi et principis et de sanitate videre est aut
non sed medici sit; et de pecunia est quidem ut yconomi
est aut ut non sed subministrantis. Maxime autem quemadmodum dictum
est prius oportet natura hoc existere. Nature enim opus alimentum genito exhibere.
Omni enim ex quo fit alimentum quod reliquum est. Propter quod secundum naturam
est pecuniativa omnibus ex fructibus et animalibus.

[illegible] capitulum [illegible] quia [illegible] medicinalis
pertinet ad yconomicam et [illegible] dubium [illegible] quid est quod pecuniativa [illegible]
yconomice et ars medicinalis non. Et in dubitatione [illegible] pecuniativa est [illegible]
[illegible] et medicinalis est [illegible]
[illegible] yconomice [illegible] pecuniativa et non alia
[illegible] medicinalis [illegible] et politici [illegible] medicinali [illegible]
quid medicina [illegible] medicinam [illegible]
[illegible] sanitas [illegible]
[illegible] pecuniativa [illegible]
[illegible] est
[illegible]
[illegible] pecuniam [illegible] naturalibus [illegible]
[illegible] naturalis
[illegible] medicinalis

Duplici aut existente ipsa quadam divitiarum et hac quidem appropria hac aut yconomica et hac quidem necessaria et laudata hac aut translativa vituperata iuste, non enim secundum naturam sed ab invicem est. Rationabilissime odio habetur obolostatica eo quod ab ipso nummismate sit acquisitio et non super quo quidem acquisitio; translationis enim gratia factus est usura, talis aut fenus facit amplius. Unde et nomen istud accepit: similia enim partus generantibus ipsa sunt, talis aut sit nummisma ex nummismate, quare maxime et preter naturam ista pecuniarum acquisitio est.

Hec est septima pars capituli in qua ostendit que pecuniativa sit laudabilis et que non, et intendit dicens quod pecuniativa que acquirit ex rebus naturalibus pecuniam ad necessaria vite est laudabilis et secundum naturam et pertinet ad yconomicam ut sub[illegible]. Pecuniativa autem que immediate acquirit denarios ex denariis ut est campsoria que magis pecuniativa et est obolostatica dicta a statera denariorum vel quantitate monete vel statera denariorum pro obolo, et est tertia quantitas scilicet usura, que scilicet est vituperabilis et non est secundum naturam, et rationabiliter odio habenda quia in qualibet istarum denarius est finis et principium et est ad infinitum et est contra naturam denariorum, nam denarius est finis [illegible] gratia mutationis inventus non ad vitam. Et de numero istarum pecuniativarum vituperabilium usura talis dicta est fenus, quasi factus denarios [illegible] et generat similes apud respicientes, et est maxime vituperabilis et maxime preter naturam. Notandum est hic quod aliquis comprehendit hic omnes modos quibus denarios immediate acquirit per denarios, et sic videtur facere tres modos. Prima est campsoria cum ipsa sit per equale, nam [illegible] ideo [illegible] indiget pecunia, nam [illegible] naturalia ex quibus potest acquirere denarios. Secunda vero est de denariis et in [illegible] gratia acquirere [illegible] ad vitam [illegible] ut faciat denarios. Tertia vero est quia acquisicio denariorum per usuram ex [illegible] secura corrupta prodit. Inter omnes modos usura evidentius facit denarios ex denariis quia ubi dant x et plura recipiunt, et sic [illegible] naturam sit res naturalis [illegible]; partus enim ut dicit philosophus sunt similes generantibus etc.

Quoniam aut que ad scientiam determinavimus sufficienter, que ad usum oportet pertransire. Omnia enim talia theoriam quidem liberam habent, experientiam aut necessariam. Sunt aut pecuniative partes utiles ipsa possessibilia expertum esse qualia preciosissima et ubi et quomodo, puta equorum possessio qualis quedam aut boum aut ovium. Similiter aut et reliquorum animalium. Oportet enim expertum esse ad invicem horum que preciosissima et que in quibus locis; alia enim in aliis habundant regionibus. Deinde de terre cultura et hac iam et plantate et de apium cultura et aliorum animalium natatilium et volatilium a quibus est sortiri auxilium. Propriissime quidem igitur pecuniative hec partes et prime.

Translatiue aut maxime mercatia et hui(us) ptes tres. Nau-
cliria fortigia pastasis. Differunt aut hec altera

ab alteris eo q(uod) hec tuciora sint, hec amplius accipiunt precium.

Sc(d)m aut mercenaria; huius aut

hec quide banausar(um) artium, hec aut inartificialium et corp(or)i

soli utilium. Tertia aut spes pecuniatiue intermedia huius et

prime; habet enim et natur(alis) aliq(uid) pte et translatiue

quecunque a terra et ex terra genitis infructuosis qd(em) utilib(us)

aut, puta pluecisio et omnis metallica. Hec at mul-

ta ia(m) co(m)plectit(ur) genera; multe enim spes eor(um) metalloru(m) sunt.

De unoquoq(ue) aut hor(um) vl(ite)r quide dictu(m) est et nunc; particular(iter)

aut diligentia(m) dicere utile quide ad operationes, graue at immorari.

[illegible]

Sunt autem maxime artificiales operationum ubi minimum fortune, maxime autem banause in quibus corpora maculantur maxime, maxime autem serviles ubi corporis plurimi usus, ignobilissime autem ubi minimum indiget virtutis.

[illegible]

